


43885



268



BEATA MEMORIA

Sive

HONORES POSTHUMI

MATRONÆ

Rara pietate & omni virtute Nobilis

CATHARINÆ MAR-

GARETHÆ Schillings/

VIRI

Nobilis, Amplissimi & Consultissimi

DOMINI

JOACHIMI anses/

Reverendissimi & illustris Capituli

Magdeburgensis Præfecti Primarii, & in Hadtmergles-

ben & Barleben Hæreditarii, lectissimæ & desideratissimæ Conjugis,

d. 20. Jan: placidè defunctæ, & 21. Februarii conditorio

suo, Christianâ Solemnitate, illatæ piis

& beatis manibus

exhibiti

â

Fautoribus sinceris & gratis amicis,

HALBERSTADII,

Typis JOHANNIS ERASMI HYNITZSCH, Anno clc lxc LXIX.



BEATA MEMORIA

HONORIS POSTHUMI

MARTINI

Episcopi & Cardinalis

CATHARINE MAR-

GARETAE

Episcopi & Cardinalis

ROMANI

ROACHIMI

Reverendissimi Capituli

Magistrorum & Scholarum

Universitatis & Collegii

Magistri & Scholarum

Magistri & Scholarum

Magistri & Scholarum

Francisci & Gregorius

HALBERTADII

Anno d. M. C. LXXIX





Si pietas unquam casto sociata pudori
Effugeret rigidæ spicula dira necis;
Viveret HANSIADIS certe dulcissima conjux,
Ingenuæ exemplum quæ pietatis erat.
Ast, heu! nunc extincta jacet, nunc occidit, eheu!
Et cineri pietas ingemit ipsa suo.
Siste tamen gemitum pietas! lacrymasq; tepentes,
Non sane moritur qui bene vixit homo.
Quam gemis extinctam vivit jam duplice vitâ,
Laude super terris, mente vigetque polo.
Illa salutiferos iam Christi spectat ocellos,
Et Jesu volupe est iam propiore frui.
O Felix! sua cui facies mundique bonorum
Displicuit, facies sufficit una DEI.

Animum sincerè condolentem
testans scribebat

Friedemannus Bechmann

S.S. Theol. D. & eiusdem in Acad.

Jenens. Profess. Publ.

A 2

Wann

Wann die Unglücks-Winde sausen/
Wann der liebe Gott bald hier
Bald dort eine Tiefe brausen
Lasset / und uns für und für
In Kreuz und in Elend schweben;
Ist das beste Sich ergeben
Ihme / tragen mit Gedult/
Was folgt auff die Sünden-Schuld.

David were wohl vergangen
In so mancher Angst und Noth/
Wen er nicht so fest gehangen
An dem frommen treuen Gott/
Wo Er nicht in Leid und Schmerzen
Zugesprochen seinem Herzen/
Ach was kränckest du dich doch!
Harr auff Gott / der lebet noch.

Hiobs seine Jammer-Klagen
Zeugen ja genugsam an/
Was vor Leiden / was vor Plagen
Hat versucht der liebe Mann/
Dennoch war in solchem allen
Sein Wunsch seinem Gott gefallen;
Gott / was du gegeben mir/
Nim / sagt Er / kömte doch von dir.
Was

Was schreib ich von andern Leuten/
Schawe deinen **JESUM** an/
Was vor Schmach und was vor Leiden/
Seine Feind Ihm angethan.
Hatt Er aber nicht ertragen
Mit Gedult? das war sein sagen:
Vater! das ist ja dein Will/
Nicht mein/ ich wil halten still.


Was ist nun dein Kreuz zu achten/
Gegen dieser aller Pein?
Wilstus recht und wohl betrachten/
Es ist nur ein Stäubelein;
Wie ein Füncklein gegen Flammen
Die mit voller Gluth zusammen
Schlagen; Wie ein Sternelein
Vnd der helle Sonnen Schein.

Mercket diß in Eurem Leyden/
O Ihr hochbetrübtet Herß/
Wahr istß/ Ihr müßt ietzo meiden/
Mit viel ächzen / Leyd und Schmerß/
Die so Eure Lust und Freude/
Ewer Schatz und Augen Weide.
Aber hats nicht **GOTT** gethan/
GOTT den niemand tadeln kan.
A 3 O wohl

O wohl wer hier alle Plagen/
 So GOTT über Jhn verhängt/
 Kan fein mit Gedult ertragen/
 Wer in allem Leyden denckt:
 Ach! das wil mein GOTT so haben/
 Der kan mich im Kreuz auch laben.
 Auf Angst/ Trübsal/ Kreuz und Leid/
 Folgt doch Freud und Seeligkeit.

Aus herzlichem Mitleiden schrieb
 dieses zu Trost seinem lieben
 Freund

Friederich Wilhelm Leyser
 Dohm - Prediger.


Cum Jobo, in multis, si *Spectatissimus* HANSES
 Conferi cupiat, sat bene, jure potest.
 Jobus erat pius & prudens, benedictio Jovæ
 Longa hunc ditárat, cinxerat ipse DEUS.
 At quantis, pius ille, malis mox conflictatus!
 Ignis cum tentat, bellaque morsque Virum,
 Non tamen in Domino spes nixa remittit. Obivit
 Quod Dominus dederat, sit benedictus, ait.
 Post varios casus, post tot discrimina rerum,
 Ecce, capit, quavis pro bonitate, duas,
 Qui pius & prudens VIR, *Spectatissimus* HANSES,
 Expertus quid sit cingier à Domino.
 Hinc fretus bonitate DEI bene sparserat, omni
 Aerumnis presso est larga notata manus,

Ps. 112.9.

Sed

Sed bellis, pius ille, satis tentatus, amatam
 Dum sperat requiem, flamma inopina venit.
 Mors quoque tentat Eum, chara & fidissima CONJUX,
 Virtutum exemplar, jam tumulanda VIRO.
 Sed TU, fide DEO, VIR CLARE DEOq; probate,
 Accipies unâ pro bonitate duas.
 Qui TE castigat, Pater est benedictus in ævum,
 Servabit, reddet quod modocunque TIBI.
 Jam coelo excepta est TUA dilectissima CONJUX,
 Hanc TIBI restituet, post tua fata, DEUS.

Amico suo magno, leniendi doloris causâ,

L. M. Q.
 dab. Magdeburgi

Ernestus Bakius SS. Theol.

Lic. ad D. Johannis Pastor.

SIn tugendsahmes Weib sey Gottes Edle Gabe/ a
 Und herrliches Geschenk/von dem sie nurten habe
 Wer kindlich fürchte Gott/sie sey des Mannes Lust/
 Ja Trost/sagt Sirach recht/dem es gar wol bewust.
 Wann nun der höchste Gott/der Geber solcher Gabe/ b
 Berendert seinen Sinn/und fodert wieder abe
 Was tröstet/frölich macht/was Er zuvor geschendct/
 Das schmerzet trefflich sehr/das ist was heftig krenct. c
 Und diß/hochwehrter Freund/muß Er numehr erfahren/
 Zur ungelegnen Zeit/wann man von vielen Jahren/
 Der alten Ehren-Krohn auff seinem Haupte sieht. d
 Das ist das graue Haar/des Mandelbaumes Blüt. e

Allein
 a Sir. 26. v. 3. 4. b Jacob. 1. v. 17. c Gen. 23. v. 2. d Pro
 verb. 19. v. 31. cap. 20. v. 29. e Eccl. 12. v. 5.



Allein was soll man thun? was Gott der Herre trümmet/ f
 Kan keiner machen schlecht. Und wann Er wieder nimmet
 hin/durch des Todes Macht/was Er gegeben hat/
 So heist es: Der Herr sey gepreist für diese That. g
 Denn dieser grosse HERR der schläget und verbindet h
 Was hart geschlagen ist/ Er heilet und umbwindet l
 Mit Del/ Ja wann vorbey das trübe Wölcklein/
 So läst Gott sehen drauff den klaren Sonnenschein. k
 Nun dieser grosse Gott / der wunderbarlich regieret/ l
 Und seine Heiligen ganz wunderbarlich umbführet/
 Der sende wehiter Freund/den Trost tief in sein Herz/ m
 Damit auffhöre bald Bekümmerniß und Schmerz. n
 Inzwischenruhe wol/ o Aufbund aller Frauen/
 Du Tugend/ Spiegel du/ dein Lob sey eingehawen
 In einen harten Stein/ und eher nicht vergeh/
 Bis daß da wiederumb dein Körper auffersteh!

f Eccl. 7. v. 14. g Job. 1. v. 22. h Hos. 6. v. 1. 2. i Luc. 10.
 v. 54. k Job. 3. v. 23. l Psal. 66. v. 5. m Psal. 4. v. 4.
 n 2. Corinth. 1. v. 3. 4.

Auß mitleidendem Herzen / sagte dieses / dem hoch-
 betrübtten Herrn Wittwer / als seinem Vor-
 nehmen sehr wehrtem Freunde und grossen
 Wolthäter / zu schuldigsten Ehren / und be-
 stendigem Trost /


M. Ascanius Bakius Eccles.
 Schönbecc. Diac.

Solve, Thalia, comas & tristes indue vultus,
 Nudaq; cum lacrymis pectora plange manu.
 Finit illa DEI peramans, virtutis & artis
 Femina, cui in precio mens benè culta fuit.
 Quæ

Quæ matris pietate tuos confovit alumnos
Sumtibus, & votis prompta juvare suis:
Hos stimula dignas grates exsolvere, nomen
Tàm carum & justis concelebrare modis,
Debetur sua nam virtuti gloria, Laude
Si qua fuit, certè hæc femina digna fuit.

*Matrone literis & literatis faventis-
ma honori scr.*

Augustus Meschmann.



SOLAMINI PIO!

Reverendissimi Capituli Magdeburgensis
Prefecto Summo.

Summa petūt fulmen, ventiq, cacumina montis,
Nec placet exili damna parasse loco.
Non mirare domus igitur durissima fata!
Summus es hic, summo ab cuncta venire scies.
Summa Deus cœli uxorem ad sua regna vocavit:
Post longū Fautor Te ad quoq, summa vocet.

Henningus Bussenius Past,
Altenhusanus.

B

Mæsti-

Mæstissimo Domino Viduo, Fautori
& Compatri Honoratissimo.

Efficax à Sp. sancto, omnis solatii fonte, solatium!

Fulgida quàm claris fax lucet in æthere flammis!
Tàm pulcris radiis Uxor in æde micat. *Eccel. 26. 21.*
Non os, non oculos, non miror labra venusta,
Namque bonum fragile est forma, brevi que perit.
Sed mores animi niveos mentemque decoram
Innuo, quam codex tollit ad astra sacer.
Contigerat, *Patrone*, Tibi tàm fidas Amicum
Fœmina tàm claro mentis honesta bono.
Namque pia coluit *Sara* te more Maritum
Illa tui semper sedula *Martha* laris.
Hanna sacris precibus, promptâ pietate *Tabitha*,
Moribus & castis candida *Penelope*.
Hanc, eheu! lugens surreptam morte Maritam,
Hoc obiisse micans sidus in æde doles.
Vulnus atrox! animæ rapitur pars altera Conjux
Lenimen senii pectore, Vulnus atrox!
Verum Christiani sumus ad cœlestia facti
In Christo, nobis qui meliora dabit.
In mundo nulli constans concessa voluptas,
Omnia prætereunt, Cœlica regna manent,
Quare cordifrago nolî indulgere dolori,
Candide Mecenas, pone modum lacrymis.
Nec prece, nec pretio, lacrymis nec costa redibit,
Et labor est vanus, moeror & ipse nocet.
Non amissa tamen, præmissa sed optima conjux
Ad genios, Christo sub Duce, vecta sacros.

Deli-

Delitias spernit fulgitivas, gaudia vera
Carpit, & usurpat mente oculisque DEUM.
Hæc, ô Care, Tibi solatia præstet JESUS,
Detque suo nobis tempore posse sequi.

Προσφώνσις.

ad

Piè defunctam.

Fautrix dulcis eras, gratū Tibi Matris honorem,
Matronale decus, mente piâ tribui,
Jam quoq; votivū carmen tua posthuma fama,
Candor, Amor, pietas posceret atque fides,
Ast me conantem frangunt mœrorq; dolorq;
Extremumque iubent ingemuisse Vale.
Ergò piè salve constans pietatis amatrix
Virtutisque vale; salve iterumque vale,
Cordis eras puri, puras hinc ætheris arces
Incolis æternūm, mors tibi dulce lucrum;
Jubila iam celebras felicia, iubila nullis
Vel turbanda malis, vel temeranda dolis:
Nam felix dirâ in *Domino* de morte triumphas,
Et mundi rides gaudia falsa trucis,
Æternum salve campos sortita beatos,
Æternumque vale, Salve iterumque Vale!

B 2


Mol.

Molliter obiectâ corpus requiesce sub umbrâ,
Dum canat ætheriæ vox inopina tubæ.

*Beatos piè defunctæ manus pauculis
hiscè venerari voluit, debuit*

Johannes Züterbock

Past. Hadmersl.



Conjux Hansiadis, Schillingia diva, Coruscum
Tam genere antiquo quam pietate jubar
Occidit. Hinc charæ domui mœstoque Marito
Condoleo tantæ nubila nigra necis.

Omnis in Hansiadi hac cari stans cura Mariti
Eheu : egregio decidit illa thoro.

„ Hinc, queritur, gemitus imo dans corde Maritus,
„ Ah data quod vitæ tanta ruina meæ!
„ Ante quidem est oculos, hæc præsto semper imago,
„ Sed defunt animi grata alimenta mæci. *Sermo Mariti*
„ Nobis depositis habitans concordia telis
Perstitit ad finem & larga tenaxque fides.

Tota domus tremulis ululatibus æthera complet
Quod spectat viduâ tristia signa domo.

Urbs gemit hinc vultum miserabilis induit unum
Invenit & tota mœror in urbe locum.

Quo modo cunque vides luctus gemitusque sonantes
Cernis: Ubique etenim funere planctus adest.

Nam quando bellis olim communis Erynnis,
Unica fortunæ hic ara reperta suæ est.

Heu

Heu cum flamma furit tristis casumque dat urbi
Ac omnis miserè carpitur igne domus,
Omnia cum cineri sternuntur & ædis & urbis
Ornatusque ejus diripit ignis edax.
Atque bonis Cives privantur, & omnibus omnes
Exhausti cernunt nil superesse sibi.
Qvis dignè referat quæ vobis sorte sub illa
Gloria, FAUTOR, erat gloria & usque manet:
Auxilio Hansiadi nova fundamenta locantur
Si quid adhuc urbs est muneris illius est-
Sed folia arboribus, sed claro sidera coelo
Et BUDAE guttas addo, fretis & aquas.
Testatur præsens comitatus Funeris omnis
Qvi fas esse putat, tam doluisse malo.
Condolet hinc omnis cum longâ veste sacerdos *l. 6. Act*
Queis veniunt lacrymæ more perennis aquæ.
Evohe! cum lacrymis Phæbi chorus urbis & inquit:
Ah! mala sunt nobis hæcce futura malo.
Ah plorant inopes queis sæpius ardor edendi
Quos lætos misit absque, BEATA, fame.
Certe inopis TUTELA chori venerabilis urbe hac
Nunc cecidit, magna hinc vulnera mente gerit,
Obstupui ipse mali monitus, præcordia sensi
Antonitus curis intonuisse feris.
Nec lacrymis carui, lacrymas percussus iniqua &
Morte parens mecum miscuit ipse suas.
Vestra enim inoblita repetens tot munera mente
Jam facunda facit pectora Laudis amor.
Sed visum est SUPERO; Fatali lege tenemur;
In cuius posita est, vitæque morsque manu
DIVA colit sedem justum nunc Coelica Tempo.
Hic tenet æternas ancora jacta rates

B 3

Hic

Hic inter sanctos ô Coelica gaudia carpit
Composita æternâ & membra quiete levat.
Ergo fer Casum quamvis, patienter, acerbum
Mecænas, leve fit quod bene fertur onus.
O lacrymas mittas non est revocabilis isthinc
Dum revocat CHRISTVS, relinquere Busta, Polo.
Interea DÜRRI & JÜTERBOCK flamme verbi
Illustrate pii pectora mæsta, Viri.
Mille DEUS posthæc Patrono júbila reddat,
Quo potuit votum haud plenius esse meum †

*Ita quondam mei & post Filij Sacri Susceptoris
& Compatriis munificentissimi dolori dolo-
rem & amorem meum*

Ultimo defunctæ. & Anno & Die Januar:

1689 anno - ALMe DeVs sVrgas ô lesV ChrIste petIt/Is
20 die Jan: = Hansl, Vtel post non VIta slt orbe breVIs,
addere debui

Christophorus Busse-
nius P. E.


VExant Mortales miseros durissima Rerum
Fata; Sed à sancto Numine missa placent:
Nam que infliguntur nonnullis vulnere, non sunt
Vulnere, cum pariant commoda multa pÿs:
Ergò tristentur Gentes, que scire recusant
Consilium adversus verbera quæque erucis:
Cum tamen, illustrat qui mentes Spiritus, omni
Mandat, ut excipiat fortiter acre malum.

Quod,

Quod, dum Coniugij Mors tollit pignora chara,
 Atq; grave in Caiam conglomatur onus.
 Discipulus Christi facit, ac Certamina Iobi
 Perpendens memorat: Cuncta parare Deum.
 Qui pro more suo sat tristia miscet amoenis,
 Gaudia qui miris datq; adimitq; modis.
 Quem Domini morem, Vir consultissime, calles,
 Ac sentis, *COSTAM* dum capit Urna Tuam;
COSTAM, donorum quam condecoraverat omni
 Ampullâ Magnus Rex Opifexq; Poli:
 Quicquid enim tenere bone, vel sunt habitura
 Uxores, Soli miserat Ille Tue;
 Quam pietas, Mater virtutum summa regebat;
 Cui Spes atque Fides arma parata dabant,
 Quis tandem Lethi posset superare dolores,
 Intraretq; Sui Cœlia castra Dei.
 Hæc cum nunc videat, sanctoq; fruatur amore
 Ordinis angelici cuncta per eva, precor,
 In molli Terra gremio foveantur ut ossa,
 Et nobis *IESUS* des bene posse sequi.

Quod ultimis beatè defunctæ honoribus
 sacrum esse voluit

Andreas Hiersemannus Eccles.
Wester-Eglensis Pastor.



Dialogus mœstissimi Domini Vidui cum
beatè Defunctâ.

Heu! Mea, quò properas, Conjux, cur subtrahis orbem
 Dulcia virtutis, cur tua dona mihi?
 Siccinè rellinquis me, me! mea dulcis Amica?
 Dimidium cordis! Deliciumque domus!

Sic-

Siccinè nec lacrymæ, nec Te remorantur Amici,
Qui Te conjunctim Cordis ad instar amant!

Nequicquam. Dicis, cœli desidero lucem
Dulcia stelligeri gaudia posco poli.
Inter & amplexus Christi nunc hæreo tota
Quantus odor vitæ, gloria quanta venit!
Hinc valeat mundus! valeas dulcissime Conjux!
Uivas! Tuque cohors omnis amica vale!

Tu felix, Miseros tristi at nos linquis in orbe
Te tenet aula nitens, nos lacrymosa dies,
Spiritus atque tuus migravit ad æthera sancta,
Angelici membrum es facta Sodalitij.

*O ter felicem, cui sic vepræta rosetis
Permutare licet! Mox liceatque mihi!*

Du! liebsteß Ehgemahl! wie wiltu ohn verweilen/
Verlassen diese Welt/und hin zum meisten eilen?
Sol deiner Tugend-Gab/und deins süßer Schein
mir und dem ganzen Haus hinfort entzogen seyn?
Verlest du also mich/ Mich! süße Augen-Weide!
Du Herzens halber theil! du Hauses Zierd' unñ Freude!
Helt den die Thränenfluth/von dem so schnellen Lauf
der lieben Freunde Wunsch/dich nicht im minste auf?
Nein/nichts nicht hält mich auff. Ich stöhne nach dem
Himmel /
Der süßen Sternen-Ruh/ verlaß das Erd-getümmel/
Da

Da ich bey Jesu bin/ und gänzlich an ihm fleb' /
O süßer Lebens-Ruch! O Freude da ich leb'!
Drum Welt gehab dich wol! izund und allewege /
Leb/liebster Eherr/wol/ in Gottes Huld und Pfllege/
Ihr Freunde lebet wol! legt ab/was trauren bracht/
Ich sage noch einmal: Lebt wol! zu guter Nacht!
Dir/Selige! ist wol. Uns läst du in den Schrancken
Des trüben Thränen-Zeis/und traurigen Gedancken/
Du prangst und glänkest schön im blancken Himmels
Saal/

Uns helt gefänglich noch der Thränen-Jamer-Thal.
Dein edler Geist der ist zum Himmel hingereiset
Wo in der Engel-Zunft er seinen Schöpffer preiset.
O drey mal selig ist/der so der Rosen Zier
vor Dornē wehlen darf! Gott geb es bald auch mir!

Womit sein mitleidiges Gemüch
bezeuget

J. C. Naumburg P. in
Langensweddig.

ΘΡΗΝΩΔΙΑ.

ERgò supinarunt mellitam Fata Maritam,
Dimidium cordis, lenimen dulce senectæ,
Patrone? Obstupui, querula & vox faucibus hæsit.

C

Hei

Hei mihi ! qui cogor funebria solvere Justa
Matronæ, quam nemo satis laudaverit unquam.
Non si Mœoniæ sublimem pectoris auram
Accipiat, totusque novo deferveat igni,
Virtuti prohibere potens obliviam rara.
Quam vellem, Matrona, tuas attingere laudes,
Quas non erubuit dictis extollere Livor.
Vberiore canant sed densa encomia Vates
Ore Tua. Hæc brevibus mihi perconsere lubescit,
Prima animæ virtus Pietas, non illita fūco,
Nec vaga sed constans, quæ fundamenta salutis
Inviolata tenens, & robore fulta virili,
Errorum laqueos potuit vitare nocentes.
Nunc prece, nunc lacrumis studiosius exoravit
Auram jucundam summi æternique Monarchæ,
Quo cum sermones noctu sociare diuque,
Atque statis horis densâ reverenter Olympum
Delassare prece & votis, erat ardua cura.
Corporis atque animæ bona sollicitate subinde
Felicis obitus, & sanæ mentis agonem.
Nec DEVS altitonans vota ingeminata fefellit.
Funus Ei fœnus factum, mors optima fors est,
Ast quam (quod pietas poscit) lacruma mur acerbè,
Munificæ memores dextræ, quâ largiter illa
In multos spargebat opes, seu durior ægros
Fecerat, aut inopes fortuna, domove paterna.
Ejectos alibi mandarat quærere nidum,
Aut quos orbarat fors aspera utroque Parente.
His munem nunquam se non præbebat Amicam;
Et miseris Matrem pressis fessisque benignam;
Hactenus ut Patrem se præbuit ipse Maritus.

Et

Et templo & miseris. Hæc laus debetur Vtrique.
Quis non obstupuit mecum (fac cætera desint)
Impensos templo sumtus, Altariaque Auro
Fulgida, & Artificum doctas in pariete dextras.
Omne ferè Oppidulum cum proh! spoliaverat horæ
Momento Vulcanus edax laribusque bonisque,
Tum quoque delubrum cineres confedit in atros,
Plura dolor proferte vetat, lacrumæque calentes
Impediunt calamum. Vidi, vidi ipse cadaver
Deformis templi. Sed jam spectabilis AEdes
Hansiadis dextram celebrat, celebrabit in ævum.
Nullus penè dies abiit, quin conscius esset
Sanctorum testisque operum, curæque paternæ.
Oppiduli status & facies satis hæcce loquuntur.

Hinc neque finitimis tantùm, quos adspicit albis
Calcatus classe, & quæ pingua pascua sæpe
Obducit junco limoso Boda quotannis,
Munifica Hansiadis jucundâ innotuit aurâ
Dextra, sed ipse Alaris, Ocris, Bructerus & Elmus,
Salaque munificos noverunt hosce Penates:
Tecta patrocinii, & pietatis plena benignæ.
Huc misere suos Doctorum turba labores
Hansiadum titulo comptos. Dignata favore
Musa hîc majores stimulos persensit ad ausus.
Testis ego supero eum multis, sæpe modestam
Prodiga quòd pietas superarit spemque, precesque
Dum sibi non aliis natam se maxima credit
Pars hominum, & sterilis pietas in verba migravit
Non sibi, sed multis aliis se credere Natum
Nostrum Evergetam. Nec posteranesviet ætas

Tam plenum largæ pietate & Numine pectus,
Tam cupidam mentem famæ servire perenni.
Mœstitiæ hinc nobis meritis dignissima causa.
Justa sed & justî mœroris, Avuncule, causa est,
Quò lecti sociam mors abstulit atra senilis,
Quò rapuere Seni Tibi fata asperrima costam.
Quò rapuere Tuam vitæ senique Columnam.
Major enim non est nec mœror acerbior ullus,
Cernere quàm in senio vidui dispendia lecti.
Liqueris in lacrimas meritò, ut nix vere novello,
Præsertim quoniam conjunx tot dotibus aucta,
Quòd Matronalis fuit ingens gloria Cætus,
Nulli posterior. Quæ vel sermone benigno
Aut ope defessos poterat fulcire Mariti
Annos, dulce Viro decus, annorumque levamen.
Ast cheu! rursus curævolvuntur in Vnum
TE, clade hac miserum. Socios tamen ecce malorum!
Planctibus & lacrimis nunc Hadtmerslebicus orbis
Personat, Ah! dicunt, quantum trahet ille ruinam
Casus, & à nobis quantum abstulit ille bonorum.
Implevit quanto multorum pectora planctu
Cum suprema Ejus reseca vit licia vitæ
Atropos, & rutilo civem transmisit Olympo?
Rura vago cererem horrebunt confinia Bodæ
Si venient Hujus nobis obliviam, & iste
Excidat è nostro exoptatus pectore vultus?
O Matrona, Bodæ fidus prænobile nostræ,
Quò properas, nunquam nobis reditura; querentes,
Lugent Cognati casum, lacrumantur & omnes
Munera qui dextræ sibi non sensere negatæ.
Sacra domus luget viduata hac cive frequenti,

Munifi

Municâ atque piâ. Patris: Hic casus amarus
Continuum multis planctum & suspiria miscet.

At quorsum hæc? nostris non restituere querelis,
O desiderium, relictæque cura bonorum;
Continuò in lacrimas abeam licet, & mihi fletus
Ora perennanti distinguant uvida sulco.
Sit modus in luctu, sint certi denique fines.
Tu satis edoctus, sacra dogmata, Avuncule, nosti,
Gratam abiisse quidem sed non obiisse Maritam,
Illius & partem divinam vivere Olympo.
Adde quod amissa haud est, sed præmissa redibit,
Et tecum æternos in cælis transiget annos.
Speque fideque tuos igitur vincas singultus
Ut facis. Interea threnis lacrimisque sepulchrum
Spargimus effuse, & post tot certamina dura
Qualia sæpe piis non unus suscitât hostis,
Immarcessibilem laurum grata mur adeptæ.
Sancta quiesce anima, & supremum hoc accipe munus
Inferius meritis; sed grato pectore plenum.
Sancta quiesce anima, & vivas secura malorum.
Pura quiesce anima & cui TE, tuaque omnia debes
Aligeros inter coetus, manesque piorum
Voce hilari grates summo persolve Parenti.

*Cum beatis manibus piè Defunctæ tum relictæ
Dn. Viduo mœstissimo, Evergetæ suo
olim munifico in grati animi tesseram
scrib.*

Johann Haltmeier Pastor.
im Markt Alvensleben.

G 3

An

Unden hochbetrübtten Herrn Witwer,
Über die Zeit des seligen Abschiedes / in
der Woche nach dem andern Sontag
Epiphan.

Bald nach der werthen Zeit / da tröstlich ist gelehret /
wie unser Herr hat selbst zur Hochzeit wollen sehn /
wie er den klaren Brunn gemacht zum edlen Wein /
Und so in Cana hat den Ehestand gelehret ;
Wird ewer Freud in Leid / die Eh in Weh verkehret.
Der Wein der Fröligkeit der höret gehlung auff /
Das Thränen-Wasser rinnt mit Gallenbittern Lauff /
Dieweil der Liebsten Todt / Herr / Ewer Herz verkehret.
Es ist kein süßer Kelch / es ist ein bitterer Tranc
Den euch Gott kosten läßt : Doch nehmt ihn an mit Danc
Die Hand des Höchsten Arzts die ihn euch fürgefeset /
Wird durch gewünschten Trost noch süßes mischen drein /
Und wie ? soll dieses nicht an statt viel Zuckers seyn /
Daß Simmels-Nectar die Verblichne stets erget ?

Aus Christlichem Mitleiden schriebs

M. Franz Heinrich
Meschmann.



Epicedium.

In cunctos firmumque & inevitabile mortis
Mortales, ullâ jus sine lege, manet.

Nil

Nil anni valido juvenes in corpore profunt,
Nec possunt vires vim prohibere necis.
Nec quidquam mundi regina pecunia prodest,
Forma nihil, nihil Ars Nobilitasve valent,
Deniq; nec Probitas, Pietasve, nec inclyta virtus
Liberat à rigidæ lege ligante necis.
Est vetus hoc foedus: *Moriendum est omnibus.*

At non

Id, ratione, parùm, quâ moriari, refert,
Exemplum nobis, dolor heu! præsentia præbent
Funera, funesto plena dolore bonis.
Namq; Joachimi Conjux memorabilis *Hanses*
Occidit, innumeros vivere digna dies,
Occidit, annosis nondum licet obfita rugis,
Dum medio staret florida vita gradu.
Nec pretiosarum locuples huic deerat opum vis;
Nec Medici solers defuit arte manus.
Schillingo, egregioque bonoque, creata *Parente*
Fraterem habuit *Patri* mente fideq; parem.
Utque *Viros* inter *Pater* egregiosque bonosque
Exemplum & *Frater* temporis hujus erant;
Sic hæc *Matronas* celebris fuit inter honestas
Digna que præclaris *Nata* *Soror* que *Viris*.
Tum

Tum probitatis amanserat, & studiosa mariti,
Atque colens verâ religione DEUM.
Talis erat, cui non, antiquo more, pepercit
Parca ferox, quæ jam mortua, talis erat.
Hinc illo lacrymæ! cognatorumq; bonorum,
Omnis ob amissam spem dolor & gemitus.
Sed nihil hic lacrymæ profunt querulique do-
lores,

His nihil efficitur proficiturve nihil,
Et, si in vitales rursus revocariet auras
Restituiq; suis, ceu fuit ante, queat,
Esse reversuram, sine conditione, Beatam
Nosque reversuram, subdubitare facit,
Maxima quòd, quæis nunc fruitur, sint gaudia,
parte

Non sequiore quidem, sed potiore sui,
Nempe polum subiit pars altera, & altera
terram,

Judicis expectans dum tuba fera sonet,
Molliter interea terræ mandata quiescat
Hæc, & in extrema luce resurgat ovans!

EXAUC

TRAUR-ODE.

Mit welcher den Höchft-betrübten / seiner sanfft abge-
lebten Eheliubften sehnlich nachklagenden
Herrn Witber einführet:

1.

Duß der Todt so grausamlich
Dich und Mich
Allerliebstes Eh. Hertz trennet/
Und das liebe Leben Dir
Aber mir
Deine Gegenwart mißgönnet/
Und so schweres Creutze macht/
Das beklag ich Tag und Nacht.

2.

Treu ist unsrer Ehe Bund
Und der Grund
Unsrer Liebe stets gewesen/
Ach! du keusche Weiber Kron
Scheidest schon/
Die ich doch hatt auserlesen/
Und zu lieben fest verpflichtet
Deines gleichen find ich nicht!

3.

Leider ach! die Flüchtigkeit
Unsrer Zeit
Hat mich herzlich hoch betrübet/
D **Weg**

Weggeräffet mit Gewalt

Ist zu bald

Die von Herzen Mich geliebet ;

Ach des Lebens Flüchtigkeit !

Ach der Menschen kurze Zeit !

4.

Wie der Warmen Sonnen Glantz

Gar und ganz

Kan den Erden Kreis verneuen ;

So konne deine Sparsamkeit

Allezeit

Mir mein Leib und Seel erfreuen

Ach ! wie kan es nun geschehn

Ohne Leid dich Todt zu sehn ?

5.

Unausprechlich ist der Schmerz

Seeligs Herz

Das hinfort ich soll entbehren

Deiner / daß gar nirgend dich

Mehr seh ich

Kost mir manche heisse Zehren /

Bis zum Tode fränckt es mich

Daß ich nicht mehr habe dich

6.

O Todt ! deine Grausamkeit

Nun verbeut

Frölich

Frölich mir hinfort zu werden/
Ich wil/ wenn es Gottes Will
Halten still/

Mit Ihr werden gern zur Erden
Liebsteß Eh Hertz bleib bey Mir/
Oder hohle mich zu dir:

5.

Seeligß Hertz/ wenn werd ich doch
Künfftig noch

Balde wieder zu dir kommen?
Ach! wenn kömt die Liebe Zeit
Ewigkeit!

Daß zu dir werd ich genommen?
Ach wenn kömt der Jüngste Tag
Da dich wieder sehn ich mag?

8.

Unterdesßen leb ich hier
Und bin schier

Halb todt/ von dir gar verlassen
Unter dieser Kreuzes Last/
Du hast Raß/

Ruhe/ Fried und Freud ohn massen/
Ich und deine lieben Freund
Hier in Traur und Trähnen seind!

*Quod ultimo honori placide de-
functæ consecrabat*

Blasius Friedlieb Bona

D 2

Hci

HEi mihi! sicnetuos iam tum mihi plangere manes
Convenit, o nostræ spes pridem capta, camænæ?
Siccine, quam Pyly volui transcendere metam
Sæcli, tam celeri conspectu funere nostro
Eripere? o duræ dirissima tempora sortis!
Quis ferat hunc casum? O aliàs vos psallere doctæ
Aonides, vestros in planctum vertite cantus,
Nunc pleetra in seros deponite protinus usus,
Flete, ululate, modis effusè audimur omnes
Lugubribus, luctum nihil hæc nisi tempora poscunt.
Illa etenim cecidit, nostis? spes optima vestri
Solamemque Chori, quæ non stetit hæctenus ipse.
Viribus exiguis Pindus, prægnobilis illa
SCHILLINGI soboles; raroque celebris amore
HANSIACI pars lecta thori. Quid laudis in illam
Cœtera sit dictu, taceo, quæ pectora virtus
Ornarit? qualis fuerit pietasque fidesque?
Qui mentis candor? quæ munificentia larga?
Hæc aliena canent ubertim carmina, nostris
Non opus hîc verbis, quod si tamen omnia paucis
Dixero: Rara fuit raræ virtutis Imago,
Fœminei sexus summum decus atq; exemplum.
Hæc, inquam, cecidit, tristes hæc mersa sub umbras,
Proh dolor! occubuit longumque exivit ab orbe.
Ergo quis teneat lacrymas? quis flebile funus
Non fleat hoc? quis jacturam non lugeat istam?
Et verò, quem non graviter quoque plangere cerno?
Qualis in arenti residet miserabilis alno
Et gemit amissâ charâ mas conjuge turtur;
Haud secus hîc videas. Sociam lugere Maritum
HANSIADEN nostrum, fama super æthera notum.
Nunc,

Nunc, ait, annosæ careo solamine vitæ:
 Heu quò delicia, quò ceditis? una voluptas,
 Nostræ fulcra domus, cui me committere totum
 Si quid erat menti licuit, quæque unica nostras
 Blandiloquo curas, poteras animare lepore,
 Ergon' abis viduumque tui me deseris? cheu!
 Flent heic Agnati, propiori sanguine juncti,
 Flent heic Affines, flent cives, flet bonus omnis,
 Omnes illacrumant & voce sequuntur acerbâ
 Non volitum funus, multisque queruntur ademtum
 Auxilium, toti decus irreparabile mundo,
 Ipse quoque ut tristes habeam sub pectore motus
 Sentio. Proh! cecidit, quam quamvis tempore paucò
 Devoto sed corde colo, quæ matris adinstar
 Esse mihi cœpit, quæ largâ plurima dextrâ
 Hactenus exhibuit benefacta haud ista merenti.
 Istius iccirco quî non ego fata dolerem?
 Atque ô felices cineres, quid reddere vobis
 Pro vestris potero meritis? quæ digna rependam?
 Sumite, quæ possum, mentis rata signa paratæ,
 Has dico lacrymas, atque has, quæis crebrius isthic
 Vestros conspergam tumulos, virides amaranthos,
 Pluribus officio nam non licet esse volenti.
 Vos tamen interea tempus non eximet ullum
 Pectore de memori, non ulla oblivio vestri
 Nos unquam capiet meriti, dum vita superstes.
 Jam verò, quoniam posthac non plura licebit
 Affari, hoc demum vale & hæc damus ultima verba:
Aeterunm felix, mea Fautrix, vive valeque,

Corporis exuviae sub terrâ in pace quiescant
Ast anima ad spectu Domini sine fine fruatur.

δακρυόμενος fecit

Henricus Telemann

Verbi divini Minister.

Splendor, & Hansiacæ non ultima Gloria
Gentis,

Flos & amor populi, miseris infracta columna,
Lux Matronarum, Cœlis optabile fidus,
Laudibus & cunctis potior **SCHILLINGIA**

Notam,

Omnibus & virtute parem, nulliq; secundam
B A V S S I D I N haut pridem cum partu finibus
ævi,

Difficilis Lucina, tuos post mille dolores,
Tædiaq; egressam: tum verò fulgida Cœli,
Vnde erat, intrantem Palatia corporis expers
Sordibus, æternâq; Caput redimita Corollâ
Obvia detinuit, tenerisque amplexibus hæsit:
Ætheris aurati, juvenes circum undique fundunt
Complexas, choreasq; agitant plaudentibus alis:
Nec mora, deliciis Cœli sine fine fruuntur

Illu-

Illustres animæ; cessant curæque, dolorque,
Jamq; triumphantes placido donantur olympo,
Corporis extincti super est, oremus, ut ossa
Molliter in tumulo, cui demandata quiescant,
Donec formosas animas comitata priores
Æterni Regis jussu, sonituque resurgent.

f.

Christianus Sinx Juris

Cultor p. t. Actuarius Hadmers!



Nos omnes meritò, Vir consultissime, tecum
Vxoris flemus tristia fata tuæ.

Nos meritò miseris implemus luctibus urbem
Quòd nimium subitâ morte peremta cadit,
Hæc ornata fuit summis virtutibus; Hæccè
Sancta Dei cultrix, religionis amans,
Ergò quis luctum minuat? quis talia fando
Ah! jam profusis temperet à lacrymis!
Ah! perit spes ista, velut, qui manè virebat,
Flos defalcatus sole cadente cadit,
At lacrymis jam parce tuis, jam parce querelis
Vivit adhuc, vivit MARGARIS ante Deum

CA:

CATHRINAM SCHILLINGS tibi Jova dedit
quoque Jova

Abstulit, en nullum non benè format opus.
Cuius in adspectu magnis simul atque pusillis
Mixta, sacrum suavi fundit ab ore melos:
Patriam habet nitidam, requies ubi gaudia mille,
Lætitiâ fruitur, Nectare & Ambrosiâ.
Quod superest voveo Vir præstantissime, vivas
Nobiscum, nomen crescat in orbe tuum.

*Inς συμπαθείας significanda causa
haec scripsit*

Andreas Bergius.

Sane dolendum non fuerit parum
Si quanta clades facta sit astumes:
Sed nec dolendum est. Hansianam
Protinus hinc abiisse mundo.
Sic namq; iussit consilium Dei,
Sic est voluntas Numinis, haud mala
Unquam volentis ac proinde
Obsequio veneranda prono.
Et ipsa, quæ nos semper adhuc premunt,
Erepta mundi mille periculū

Tran-

Nr 332

ULB Halle

3

001 594 656



TA → OL



Retro: Stk. 39 - 42 unvollst.,
nicht in PICA

V077



MEMORIA

Sive

POSTHUMI

RONÆ

omni virtute Nobilis

INÆ MAR-

Æ Schillings/

R I

simi & Consultissimi

A I N I

MI Danse/

& illustris Capituli

Primarii, & in Hadtmerseles

tissimæ & desideratissimæ Conjugis,

e, & 21. Februarii conditorio

olemnitate, illatæ piis

is manibus

hibiti

â

eris & gratis amicis,

R STADII,

NITZSCH, Anno dno 16c LXIX.



B.I.G.

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

Farbkarte #13